

# Neues Archiv

der

**Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde**

zur

**Beförderung einer Gesamtausgabe**

**der Quellschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.**

---

Dreißundzwanzigster Band.



**Hannover und Leipzig.**

**Hahn'sche Buchhandlung.**

1898.

# Ein Druck des Jahres 1516 mit übersehenen historischen Stücken.

Von F. Falk.

Die Mainzer Stadtbibliothek besitzt einen mehrere Drucke des beginnenden 16. Jh. enthaltenden Mischband, worunter ein Jakob Köbel'scher Druck von Oppenheim 1516 sich befindet<sup>1</sup>. Der Druck, welchen mehrere Holzschnitte zieren, erinnert an die 1524 bei demselben Drucker erschienene St. Rupertuslegende<sup>2</sup>.

Vorliegendes Presserzeugnis Köbels<sup>3</sup> gilt dem Abdrucke einiger historischen und liturgischen Stücke zu Ehren des hl. Philipp von Zell. Hier interessieren uns nur die historischen Stücke. Es sind folgende:

1. Eine Vita sancti Philippi confessoris Christi; sie findet sich bereits abgedruckt bei den Bollandisten, von denen sie an einigen Stellen abweicht. Die Vita schliesst mit der Commemoratio signorum, unter Angabe der Namen von Geheilten: Waniche, Hugibald . . . Eliwib, Willidrud und Willihard.

Nun folgt ein von den Bollandisten nicht gegebener Theil, welcher ebenso sehr zur Geschichte Zells als des alten Pirminsklosters Hornbach<sup>4</sup> gehört; er beginnt also:

Incipit editio cuiusdam catholici presbyteri de inventione corporis sancti Philippi.

In anno igitur tertio imperii secundi Ottonis caesaris erat quidam Hornbachensium abbas christiana conversatione

---

1) Die Bibliographie verzeichnet den Druck, der ein Unicum zu sein scheint, nicht; auch F. W. E. Roth, Ueber die Buchdruckerei des Köbel zu Oppenheim (4. Beiheft zum Centralblatt für Bibliothekwesen) kennt ihn nicht. 2) Neudruck unter Wiedergabe der Holzschnitte 1887 bei Kirchheim in Mainz. 3) Eine unbeachtete Biographie in Pantaleons Prosopographie 1566 S. 148. Die Stadtbibliothek zu Mainz besitzt ein Exemplar von Trithemius, Compendium s. Breviarium Annalium mit dem Vermerk: Ex dono Iacobj Köbel jn Oppenheym C p R c. 4) Conventualen von Hornbach besorgten den Gottesdienst an der Kapelle zu Zell. Remling, Abteien und Klöster in Rheinbayern I, 63 N. 30.

sanctissimus, nomine Adelbertus<sup>1</sup>. Hic etiam dei gratia plenus, ex iussu vel sacro consilio Ottonis, filii Conradi magni et famosi ducis, dei confessoris Philippi monasterium ex vetustate destructum coepit renovare. Cumque plurima arte et utili prosperitate pium opus complisset, mirari coepit, quia non certe scivit, ubi beati Philippi corporis reliquie iacerent sepulte. Nam ex negligentia olim precedentium patrum pene per totum labefacta memoria populorum plurimi dubitabant, utrum adesset aut non fuisset. Tunc missa legatione idem abbas ad Rubertum Mogontie civitatis archiepiscopum, quia in eius parrochia fuit, licentiam ab eo inquirendi mysterii, ut petiit, impetravit.

### Geste rei narratio.

Quadam autem die supradictus abbas Adelbertus volens desiderii sui votum perficere sibi fidos et apparitoribus suis sapientes, clericos vel laicos, adesse constituit. Quibus presentatis sacramentum quod archana mente cogitaverat, occulte indicavit dicens: fratres, vos optime scitis, quam studiose huius ecclesiae fundamenta ponerem, et iam consummato opere ad finem usque perducerem. Sed restat adhuc, quatinus iuxta iudicium archiepiscopi inquiramus, utrum beati corporis thesaurum invenire valeamus. Et cum esset iuxta predestinatum ad inquisitionem paratus, de inventione autem ambiguus<sup>2</sup>, interposuit iusiurandum, quatinus si non invenirent, hoc cuncti sub silentio tegerent; si autem voti compotes extitissent, id ipsum aperta ratione omnibus manifestarent.

Item de inventione sancti Philippi.

Vespere autem iam facto, abbas dei sapientia repletus vocatis ad se suis obtimatibus finxit, in crastinum se ipsum ad alia loca transiturum, precepitque eis, ut ad tabernacula sua proficiscerentur cuncti et mane diluculo secum ire essent parati. Hoc quoque argumento cum cunctos eiecisset, data est ei a deo facultas, ut inquireret et quesitum inveniret, sicut in evangelio dominus dicit: Querite et invenietis. Nam cum iam media nocte omnium corpora alto sopore quiescerent, cum suis fidelibus ecclesiam ingressus est, et in primis, sicut quondam de inquisitione ligni vite Iudas Quiriacus foecit, profusis lachrymis et viribus cunctis deum omnipotentem exoravit, ut sibi sacrum thesaurum

---

1) Ueber ihn Remling a. a. O. S. 61. 160 Jahre später kommt ein Albert als Abt vor, der ein neues Gotteshaus in Zell baut und eine Probstei daselbst gründet. 2) Der Druck hat 'ambigumus'.

terrae commendatum ostenderet. Cumque ab hac oratione consurgeret, sociis coepit assignare locum, ubi sanctum sperabat esse corpusculum sepultum. Illi vero vigilantissimo studio terram aggressi viriliter fodere coeperunt. Et cum paulatim in altum tenderent<sup>1</sup>, magnorum lapidum invenerunt acervum. Quos cum evellerent, viderunt sarcophagum iam bona parte nudatum. Isti vero manibus, abbas quoque indefessis precibus laboravit. Tunc demum quidam ex illis presbyter et sacer monachus Baatdo nominatus summa veneratione accedens lapideum aperuit tumulum. Cumque interius aspiceret, invenit ligneum<sup>2</sup> scrinium et in eo pallio involutum totum sanctum Philippum. Odor autem tante suavitatis de sepulchro exivit, ut si adesses, aliquid spiritale unguentum de paradiso oblatum crederes. Quod<sup>3</sup> cum beatus abbas, ubi orationis gratia prostratus ad terram iacebat, naribus saperet, surrexit, et pariter cum dei timore et amore humiliter tantum mysterium venit videre. Cum autem diutissime tam sacra et insatiabili visione oculos pascere atque totam animam tanto gaudio inebriarent, ipse abbas spiritu sancto afflatus magno clamore instituit hymnum: Te Deum laudamus. Ex hoc itaque strepitu ecclesiae custodes vicini vel alii populi quamplurimi expergefacti coeperunt simul ad ecclesiam concurrere et, quid hoc facti esset, inquirere. Cumque veritatem rei comprehenderent, miro gaudii amore coeperunt noctem illam in dei laudibus honorifice usque ad diem deducere.

Von den nun folgenden Miracula sei nur einiges mitgetheilt.

Incipiunt miracula. De ancilla contracta et de ovis.

In dem benachbarten Dorfe Wachenheim wird die ganz contracte Magd des Thiedo geheilt.

De muto filio. Im benachbarten Nivera, d. i. Niefernheim in Rheinbayern auf der linken Seite der Primm, wird der einzige stumme Sohn einer Mutter geheilt.

De muliere a pueritia ceca (mit Bild). Sie wird 'prostrata ante sepulchrum beati Philippi' sehend, fürchtet aber daraufhin von den Leuten kein Almosen mehr zu erhalten, worauf sie wieder erblindet und im Felde umherirrt. Gute Leute, sich ihrer annehmend, führen sie nochmals zum hl. Philipp<sup>4</sup>, der sie erhört.

De quodam claudo. Idem laudatus abbas (Adalbertus), cuius mentionem foeci superius, cum quadam die orationis

1) Im Drucke 'tetenderent'. 2) Der Druck 'lineum'. 3) Der Druck 'quid'. 4) St. Philipp wird abgebildet mit der Messcasula, einen Krückenstock in der Rechten.

causa ante altare prostratus iaceret, multitudo infirmorum spe percipiende salutis circa sanctum discumbebant sepulchrum, inter quos iacebat unus annosa debilitate contractus u. s. w.

De viro et uxore eius contracta. Venit illuc quidam pauper mendicans, ipse in curru trahens uxorem suam ex vetustate contractam u. s. w. Am Schlusse: ecce horum ego ipse que scribo, testis existo, quia presens affui, et qualiter actum sit, oculis meis conspexi, et si meis verbis incredulus existis, pendentem currum ante ianuas ecclesie quid hic agat, interrogabis.

De fame in regionibus his in Iulio. Aliud etiam miraculum quod oculis nostris vidimus, ad utilitatem eorum qui post nos futuri sunt, narrandum esse credimus. . . . Iulio enim mense, quo valida fames in his regionibus sua lege multos compellebat ieiunare, contigit. Es kommt ein ganz Unbekannter und bringt Nahrungsmittel.

Die Wunderberichte schliessen mit:

Conclusio. Hec pauca de plurimis miraculis conscripta ideo tantum retulimus, quatinus per haec visibilia signa ad invisibilia saepe hii a sancto Philippo spiritaliter facta et facienda adhuc dubitantium obtusus ad credendum acueretur animus. Sitque in his signis specialiter in singulis, et generaliter in cunctis: in trina persona et in maiestate una omnipotenti deo retro a principio et modo in futuro interminata gloria, ultra omnium seculorum tempora. Amen.

Diesen Wunderberichten schliesst sich eine ebenfalls ganz unbeachtet gebliebene kurze Nachricht über den seligen Hornbacher Abt Adelbert an, und zwar:

Sequitur de vita vel actibus abbatis.

Beatus autem abbas Adalbertus qui haec omnia ut diximus spiritus sancti instinctu perpetravit, si vis scire, quis aut unde esset, attende. Erat enim de pago Blisensi nobili prosapia<sup>1</sup> ortus et in monasterio sancti Pirminii dei confessoris atque pontificis enutritus: ubi et fuit abbas ordinatus. Duxit autem vitam monasticam sub regula sancti Benedicti nimium attentus sermonibus Christi. Erat enim gemine dilectionis sine simulatione perfectus amator, odiens malum, adherens bono, indefessa sollicitudine subditos quasi pater filios diligens, in divinis mandatis spiritu fervens, ex toto corde domino serviens, ob spem future

1) Der Druck 'prosagia'.

vite gaudens, in presentis vite tribulationibus patiens, necessitatibus pauperum communicans, utpote Christi discipulus omnibus ecclesiasticis atque catholicis moribus institutus. Hic etiam cum talis ac tantus esset, a deo inditamentatio infirmitatis non abfuit. Nam sicut ignis aurum, ita deus in camino tribulationis examinat iustum. Et cum in patientia probatus fuerit, coronam quam re promisit ostendit. Hic etiam plurimo annorum spacio laboravit cum podagrico dolore, ita ut ex sua virtute nihil potuisset incedere. Sed si certis horis ad ecclesiam venire voluit, illuc inter servulorum brachia ducebatur aut deportabatur. Verum etiam sanctus Philippus sui amici beneficiorum haud immemor extitit sibi apud Deum magna intercessionem pius adiutor. Nam idem abbas eius sacris intervenientibus meritis postea ita sanus factus est, ac si nulla eius pedibus unquam adhereret pestis podagra. Quid enim aliter beatus Philippus facere debuisset, qui plurimis quasi indebitis medicinam dat sanitatis, abbati debitori suo largius non daret dona salutis? Ibi enim hac percepta salute ipse abbas cepit pro sua et aliorum incolumitate usque ad finem dierum suorum Deum per sanctum Philippum laudare. Cui nunc et semper honor et gloria per omnia seculorum tempora. Amen.

Was nun im Drucke folgt<sup>1</sup>, ist liturgischer Natur und wird an einer anderen Stelle verwerthet<sup>2</sup>.

---

1) Die Messformularien, darunter eine Sequenz 'Laudet cantet letabunda mente voce tam iocunda Philippi sollemnia', sind in kräftiger gothischer Type gedruckt, die oben abgedruckten Theile sämmtlich in Antiqua. 2) Katholik 1898. I, Heft Jan. (oder Febr.) unter den Miscellen am Ende des Heftes: Zu den Acten des hl. Philipp von Zell.